



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXIX. Translatio,Transmissio. De translatione dominii vid. dominium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XXVIII.
Transitus.

Axioma I.

Non potest fieri transitus perfectus in aliquo extremorum per medium inhabile, l. qui sella 7. §. in rusticis i. de servit. rustic. pred. Menoch. conf. 211. num. 117. p. 75. & conf. 269. num. 71.

II.

Transitus ab una ad aliam rem, quæ habet perfectius esse, non facit immutare dispositionem, quæ pertinebat ad primum esse, l. liberum 14. §. i. de excusat. tutor l. falsa 33. §. i. de condit. & demonstrat. Menoch. consil. 690. num. 11.

CAP. XXIX.

Translatio, Transmissio.

De translatione domini vid.

dominium.

Axioma I.

Transferre nemo plus juris potest in alium, quam ipse habet, cap. cura 11. extr. de iure patron. cap. nuper. 6. §. postulasti. extr. de donationib. inter vir. & uxor. cap. nemo 76. de Regul. Jur. in 6. vid. supr. lit. N in voce Nemo, Axiom. 2.

II.

Translatum intelligitur continere id, à quo translatum est, l. ait Prator 5. §. si iudex i. de re judic. l. si ita 68. §. in testamento. de condit. & demonstrat. Pantfchman. 2. quæst. 8. num. 38.

III.

Translata re aliqua transfertur lex & sententia seu conditio, l. translatio 3. extr. de consuet.

IV.

Translatio utilitatis plurimorum unius utilitati præferenda est, cap. scias 7. quæst. 1.

V.

Translatus casu necessitatis, necessitate cessante debet ad primum locum redire, cap. pastoratus 7. quæst. 1. c. quod pro necessitate. l. quæst. 1.

VI.

Transfertur res cum suo onere, cum alienatio fiat cum sua causa. vid. supra de rebus. lib. 16. cap. 40. axiom. 12. Aur. Bull. tit. 10. §. 2. ibique Limnæum obs. 6. & 7. Capitul. Leopold. artic. 32.

Declara & limita hoc ita accipiendum esse, ut ratione onerum realium quidem dominium transferatur in emptorem cum ea causa, quæ futura esset, si apud venditorem remansisset, non etiam ratione onerum personalium, quæ scilicet nec transeunt, nec transire possunt ipso iure in singularem successorem, ne quidem ex pacto, nisi ad dandam inter eos actionem. l. 2. C. de hered. vel act. vend. l. cum res 22. C. de donat. si non velit successor ultro suscipere actiones & spontanea voluntate, l. 2. C. de pact. aut nisi de casu, quo post receptum iudicium alienatio facta est, ut in d. l. 4. §. 1. de aqua pluviar. Anton. Faber in rat. decid. ad l. 21. §. 2. de pupul.

VII.

Quæ personæ coherent, regulariter non transmittuntur, l. 44. de condit. & demonstrat.

Fallit in ultimis voluntatibus; transit enim v. c. optionis legatum, etiam in heredem, §. 3. Inst. de legat. Wesenb. in parat. de opt. legat.

VIII.

Quod cessibile, est etiam transmissibile, arg. l. ex pluribus 42. de admin. tut. Wesenb. C. C. ut act. ab hered. num. 3. Berlich. i. concl. 74. num. 150. vid. supr. lib. 3. cap. de Cessione. & quod non est transmissibile, neque est cessibile, l. si stipulatus fuero 76. ubi Dd. de V. O. l. pluribus 42. de admin. tut. Roman. conf. 484. hoc quod vicinus. num. 5. Bald. in l. per diversas quæstion. C. mand. & in l. fin. C. de hered. vel act. vend. Pantfchm. i. quæst. 20. num. 33.

IX.

Quoties iura ad certum tempus sunt concessa, toties intra illud tempus indistinctè transeunt ad heredes quoscunque. Quia sic principaliter respectus fuit habitus ad tempus, non consideratis personis. Exemplum est in usufructu. l. 35. ff. de usufr. legat. Item in Emphyteusi & feudo.

X.

Quæcunque ultimà voluntate relicta, illa, nisi vivo eo, cui relicta, sint acquisita, ad heredes nunquam transmittuntur l. 109. ff. de condit. & demonstrat. quia ante acquisitionem defunctus nullum jus habuit, neque ergo quicquam juris ad heredes suos transferre potuit. Exemplum est in d. l. 109. Sic si substitutus ante institutum moriatur, substituti heredes nihil acquirunt, arg. l. ult. §. 1. C. de caduc. toll.

Limita, ut aliud sit (1.) in contractibus, (2.) si testator expressam heredum fecerit mentionem. Sic enim ad hos etiam transmittitur.

XI.

Quæcunque juris sunt, ea in heredem transmittuntur sine ejus facto: quæ verò facti sunt, non item, quia quæ facti sunt, morte expirant, non verò quæ juris, hæc enim magis inhaerent rei.

XII.

Quoties agitur de acquirendâ seu transmittendâ hereditate, toties hodiè inter suos & emancipatos est differentia, quia sui ipso iure sunt heredes, & hinc etiam hereditatem non aditam ad quosvis heredes transmittunt. §. 2. Inst. de hered. qual. & differ. Emancipati verò aditione opus habent & sic antea hereditatem non transmittunt l. §. C. de suis & emancipat.

Limita: nisi emancipatus intra tempora de liberationis decesserit, ubi quoque ad quemvis heredem jus suum transmittit. Carpz. P. 3. consil. 14. def. 23. num. 5. & seqq.

XIII.

Quoties hereditas semel adita, toties à quocunque herede in quoscunque alios heredes transmittitur. Quia post aditionem desinit esse hereditas, & fit adeuntis proprium patrimonium. Hinc uti alia bona ad quosvis heredes transmittitur. Merv. p. 9. decis. 34.

XIV.

Quoties decessit heres non-suus, descendens tamen, toties transmittit hereditatem non adi-

(Hh) 3

tam

tam tantum in descendentes. l. un. C. de his qui ante apert. tabul. quia hæc transmissio coheret sanguini. Qui ergo sanguinem non trahunt ab herede, ad illos quoque hereditas non transmittitur. Ita ergo liberi & emancipati accipiunt hereditatem avi à patre suo non aditam, ob elegantem rationem d. l. un.

Limita: modò heres non suus non repudiaverit hereditatem, repudiatio enim excluderet liberos.

XV.

Quoties decedit heres qualiscunque intra tempora deliberandi, toties hereditatem non aditam transmittit ad quoscunque heredes intra id tempus, quod defuncto supererat, quia cum jus deliberandi ad certum tempus sit concessum, intra illud tempus transmittitur ad quosvis heredes l. 19. C. de jure delib.

Limita: modò heres decedens sciverit sibi delatam esse hereditatem: quamvis si ignoraverit, possint adhuc heredes ejus restitutionem in integrum petere, & ita ad hereditatem admitti. Carpz. P. 3. Const. 14. def. 24.

CAP. XXX.
Trebellianica.

Axioma I.

Quoties heredis institutio valet jure directo, toties tota hereditas sine ulla detractioe transit in heredem. Quoties verò valet de jure fideicommissi, toties quarta Trebellianica ab institutis heredibus detrahatur. Ratio consistit in præsumptâ testatoris voluntate, quæ quidem, si quis directo fuerit heres institutus, satis clara est; si verò per fideicommissum, colligitur inde, quòd testator malle censeatur, ut aliquis ex hereditate detrahatur, & ita illa adeatur, quam ut testamentum planè desituatur. Ita igitur si dixerò, Titius heres esto, ipse totam hereditatem capit, secus si Titium heredem institutum rogaverim, ut hereditatem restituat Sempronio. §. 7. Inst. de fideicommiss. hered.

Declaro: ut toties directò valeat, quoties hereditas immediatè capitur à testatore: jure verò fideicommissi, quoties hereditas capitur de manu illius, qui heres est institutus.

II.

Quoties plures heredes gravati, toties quicquæ suæ portionis quartam detrahare potest. Quia quodcunque juris est in toto, idem juris est in parte.

III.

Quoties à primo herede gravato quarta Trebellianica est detracta, toties à sequenti detrahi nequit. l. 55. §. 2. ff. ad SCtum Trebellian. Quia una tantum quarta detrahenda, & quia in secundo cessat ratio deductionis, quæ est, ut hereditas adeatur; cum per primum jam sit adita, & ita voluntas defuncti exitum habeat. d. l. 55. §. 2. conf. Zues. ad ff. num. 93.

Declaro: si ergo primus ille sive directus heres non detractâ quartâ totam hereditatem

partemve ejus integram restituerit, quòd casu heres fideicommissarius etiam Trebellianicæ detrahenda jus habet: quasi eo ipso, quòd neglexerit heres directus quartam detrahare, liberalitatem in fideicommissarium exercuerit. l. 1. §. 10. ad SCtum Trebell.

IV.

Quodcunque juris est in amittendâ Falcidâ, idem juris est in amittendâ Trebellianicâ, quia Falcidia & Trebellianica quoad paria judicantur exceptâ computatione.

Limita, nisi (1.) diversa utrobique subsit ratio, (2.) nisi contrarium expressè in jure reperitur atur decilum.

CAP. XXXI.
Tribulatio.

Axioma I.

Tribulatio à Deo immititur ad vitutis augmentum, cap. adversitas 7. quest. 1. cap. in cunctis 11. quest. 5. & ad puniendum crimen commissum, can. sunt plurimi 6. quest. 1. c. cum percussio 7. quest. 1.

II.

Tribulatio facit mundi honorem contemnere, c. displicet. in med. 24. quest. 4. & ad bonum festinare, c. qui peccat. in fin. d. quest. 4.

CAP. XXXII.
Tributum.

Axioma I.

Tributa sunt onera fructuum, l. 7. §. 2. verb. hactenus. ff. de usufr. l. 13. ff. de impens. in rem dot. fact. & offeruntur ratione possessionis privati soli, l. 2. l. fin. C. sine cens. Welenb. de publican. & vestigal. num. 4. cap. omnis 2. extr. de censib. cum sint testimonia subjectionis, quæ Regibus & Principibus debentur, vid. latè Petr. Martyr. loc. commun. class. 4. cap. 2. de Eccles. immunit. num. 10. & cap. 13. de Magistrat. dist. civil. & Eccles. potest. num. 23. Cluten. in disp. de vestigal. ibes. 15.

II.

Ab omni tributo debet immunis esse Ecclesia, cap. 1. extr. de censib. Tributum tamen Ecclesia Imperatori non debet denegare, c. si tributum. 11. quest. 1. sicut etiam ab ea licitè datur, intuitu scil. pacis, can. quid culpatur. in med. 23. quest. 1. intuitu subjectionis, can. magnum. 11. quest. 1. & obtentu longæ consuetudinis, can. quæsitum, in fin. 1. quest. 3. add. & Matth. 22. vers. 21. Paul. ad Roman. 11. v. 7. l. si divina §. C. de exaction. tribut. Novell. 131. c. 5. vid. Chemnit. in harmon. Evangel. cap. 91. num. 4. Arnif. de exempt. Cleric. cap. 3. Ambros. in epist. ad Auxent. Cluten. in diatrib. de Novo. Justin. 15. in parerg. & in fascicul. impiet. juris Canonici. ibes. 26.

CAP. XXXIII.
Tristitia.

Axioma I.

Tristari nullus debet pro sua, nec pro suo-